

CUS417/117. 127'13

June 9, 1914

9 March 1921

ST JOHN'S HOUSE,

GRANGE ROAD,

CAMBRIDGE.

Dear Sir,

As I learn that you have been
entrusted with the duty of preparing
the life of the late Sir William Osler,

I enclose herewith a copy of

the Speech delivered in his
honour by myself as Public

Orator of the University of

Cambridge in presenting him
for the Honorary degree

of L.H.D. on 9 June 1914.

That day was also
the date fixed for

The Commemoration of
Roger Bacon at the
University of Oxford, but

Sir William and myself,

both of whom were interested
in the Oxford Commemoration,

were prevented from
attending it by the accident

of our engagement on the same
day at Cambridge.

I remain yours faithfully

(Sir) John E. Sandys.

CAMBRIDGE

9 June 1914

The Public Orator delivered the following speeches in presenting to the Chancellor the several distinguished recipients of Honorary Degrees.

Dignissime domine, domine Cancellarie, et tota Academia:

(1) Gratias, quae Principi feliciter ad nos advecto patria in lingua feliciter redditae sunt, etiam Academico in sermone eidem libenter reddimus. Salutamus Victoriae Reginae et Principis Alberti, Cancellarii nostri, nepotem acceptissimum, Ducis Arthuri filium unicum, Principem patriae devotissimum, Principem in luce publica plurima cum laude versatum. Regis nostri in nomine olim ad extremam Orientis oram honoris causa plus quam semel missus est; Regia artium in Academia nuper pictoribus nonnullis consilia sobria, consilia sana, commendavit; nostram denique ad litterarum et scientiarum Academiam hodie allatus, aedificium novum physiologiae studiis dedicatum auspiciis optimis mox inaugurabit. Physiologiae inter leges memoratu dignum est Horatianum illud:—'fortes creantur fortibus et bonis'. Iuvat igitur Ducis fortissimi et optimi, abhinc annos undecim Doctoris nostri nominati, heredem dignissimum laurea eadem hodie coronare.

Duco ad vos Principem illustrem, ARTHURUM DE CONNAUGHT.

(2) Sequitur deinceps iudicis summi, alumni nostri, filius, vir et inter Etonenses et in Collegio nostro maximo educatus, deinde regni totius senatoribus suffragio electis per quinquennium additus, Ducis Devoniae Cancellarii nostri filio, postea Cancellario nostro, fere eodem tempore adiutor acerrimus. Nuper etiam Academiam nostram magnopere adiuvit, et aliorum in nos liberalitatem generosissimam excitavit. Viri huius ductu prospero, aureus ille donorum rivus Academiae nostrae in silvas defluxit; eiusdem auxilio, etiam in clivo quodam saluberrimo salutis templum illud nuper aedificatum est, ubi hereditatis (ut aiunt) leges professor noster novus investigabit, cuius cathedra alumni nostri magni nomine in perpetuum ornabitur, Arthuri Balfour. Ergo, in colle nobis propinquo, a professore nostro, etiam in aliis rerum naturae provinciis, Horatianum illud verum esse comprobabitur:—

'est in iuvenis, est in equis patrum
virtus, neque imbellem feroces
progenerant aquilae columbam'.

Duco ad vos et Ordinis Victoriani et Ordinis de Balneo equitem insignem, VICECOMITEM ESHER.

(3) Adsurgit proximus Collegii Divi Ioannis alumnus, vir abhinc annos quadraginta sex in studiis mathematicis locum omnium summum adeptus, qui, Christi in Collegio socius electus, etiam iuris in provincia honorum publicorum ad culmina summa pervenit. Olim in legibus ad scientiam machinalem pertinentibus inclaruit; nuper etiam medicinae de scientia illo die praeclare meritus est, quo experimenta quaedam generis humani salutis necessaria esse luculenter comprobavit. Ergo non modo Archimedis sed etiam Aesculapii alumnis iure optimo erit acceptissimus. Ceterum haec omnia, peritis non ignota, hodie neque (ut Tullius ait) ad vivum resecanda, neque (ut mathematici dicunt) ad infinitum producenda. Inter omnes constat iudicem tam conspicuum iuris doctorem hodie merito creari.

Duco ad vos virum admodum honorabilem, BARONEM MOULTON.

(4) Inter societates illas Londinienses, quae divitiarum amplitudine et liberalitatis laude excellunt, una est quae propterea nostrum omnium animis identidem obversatur, quod non modo agri culturae studium inter nos magnopere adiuvit, sed etiam, munificentia hodie imprimis memorabili, aedificium novum physiologiae studiis dedicatum nobis donavit. Ut in societatem illam munificam animum nostrum gratum aliquatenus indicemus, societatis totius magistrum titulo nostro libenter decoramus, virum qui, olim inter milites spectandus, linteonum (ut aiunt) in societate liberalissima, pacis in artibus iam dudum floruit. Hodie saltem 'cedant arma togae', dum militum tribunum, etiam pacis in artibus praeclarum, purpura nostra honoris causa vestimus.

Duco ad vos societatis liberalissimae magistrum insignem, STARLING MEUX BENSON.

(5) Caritatis vinculo triplici nobiscum est coniunctus medicus illustris, vir inter fratres nostros Canadenses et inter consobrinos nostros transmarinos medicinam praeclare professus, et inter sororis nostrae venerabilis, sororis nostrae Oxoniensis silvas, professoris medicinae regio munere ornatus. Peritis nota sunt ea, quae, aut solus aut cum aliis consociatus, in magna voluminum serie de medicina disputavit. Pluribus loquuntur ea quae de animo aequo, de consiliis ad vitae finem perfectum spectantibus conscripsit. Nobis autem idcirco potissimum dilectus est, quod medicinae, litterarum renascentium in saeculo, studiis devotissimus, inter nosmet ipsos egregie laudavit virum et de Oxoniensibus et de Cantabrigiensibus praeclare meritum, regiae medicorum societatis conditorem illum, Thomam Linacre.

Duco ad vos baronettum illustrem, WILLELMUM OSLER.

(6) Progreditur deinceps vir inter Aberdonenses, Edinenses, Heidelbergenses olim educatus, inter Londinienses denique et 'neuropathologiam' (ut aiunt) et artem medendi praeclare professus. Viri huius et collegarum eius peregre docentium experimentis didicimus, cerebri duplicis corticem non totum corporis totius motus moderari, sed partem aliam ad aliam corporis partem pertinere; cerebri in parte una videndi sensum, in alia sensum audiendi collocari. Tali autem ex scientia morborum varietates quaedam melius inter sese dignoscuntur, vitaeque humanae dolores multum minuuntur. Abhinc annos quattuor et triginta inter doctores nostros honoris causa libenter numeravimus generis humani amicum illum, Iosephum Lister: hodie vero, saeculo in novo, etiam alium generis humani amicum titulo nostro non minus libenter decoramus.

Duco ad vos professorem emeritum, equitem eximium, DAVID FERRIER.

(7) Urbis Edinensis, Athenarum illarum Caledonicarum, Academia ad nos misit physiologiae professorem illustrem, cuius opera, ad histologiae et physiologiae scientiam pertinentia, physiologiae et medicinae studiosis iam dudum cognita sunt. Omnibus autem nota sunt experimenta illa, per quae homines in fluctibus submersi, respiratus artificiosi auxilio, ad vitam revocantur. Olim rex ipse Olympi Aesculapio propterea invidisse dicitur, quod, Hippolyto ad vitam revocato, iura Plutonis imminisset. Nunc autem omnibus penitus persuasum est, nihil quod hominum saluti prosit, summo Patri posse displicere. Non immerito igitur illos in honore habemus, quorum auxilio mortis imperium inter terminos artiores contractum vidimus.

Duco ad vos vitae humanae servatorem beneficum, equitem insignem, EDWARDUM ALBERTUM SCHÄFER.

(8) Agmen nostrum claudit hodie Universitatis Londiniensis in Collegio quodam illustri professor insignis. Physiologis notum est sanguinis nostri partem quandam e venis quibusdam subtilissimis per corporis telas propinquas textu tenuissimas exsudare, et corpori alimenta quaedam nova ministrare. Viri huius praesertim experimentis sudoris illius ratio universa explicata est, qui etiam vitam corporis iam mortui in corde et pulmonibus conservatam, et partium superstitem motus, investigare potuit. Talium virorum ingenio, vocabulo quodam a lingua Graeca derivato, quod *hormone* dicitur, res quaedam chemica patefacta est, quae, ex alia corporis parte intima, parti alii stimulos addit, hinc illuc velut nuntia quaedam transmissa. Etiam physiologiae in studio quicquid novi aliunde ad nos advectum est, etiam nobis novos stimulos addit. Ergo etiam hunc virum, rerum exterarum nuntium ad nos advectum, decoramus, qui tot collegas suos non modo industriae et laboris sed etiam gloriae et honoris stimulis concitavit.

Gloriae et honoris corona nostra suprema hodie donatur physiologiae professori praeclaro, ERNESTO HENRICO STARLING.

With the Public Orator's compliments.

TRINITY COLLEGE

TUESDAY, June 9, 1914. 7.45 P.M.

LODGE

- 1 The Master
- 2 The Chancellor
- 3 The Worshipful Master of the Company of Drapers
- 4 Sir William Osler, Bart.
- 5 The Vice-Chancellor
- 6 Mr H. M. Taylor
- 7 Dr E. H. Starling
- 8 Dr Jackson, O.M.
- 9 Professor C. S. Sherrington
- 10 Dr Glaisher
- 11 Sir Thomas Jackson, Bart, R.A.
- 12 Dr E. C. Clark
- 13 Sir Cornelius Dalton, K.C.M.G.
- 14 Mr Image
- 15 Lieut.-Col. J. L. Rutley.
- 16 Professor Sir T. Clifford Allbutt, K.C.B.
- 17 The Master of Peterhouse
- 18 Dr Stanton
- 19 Mr A. G. Ashby
- 20 Canon Pemberton
- 21 Mr Webster Glynes
- 22 Mr Prior
- 23 Sir David Ferrier
- 24 The Right Hon. Lord Kinnaird
- 25 Mr Hammond
- 26 The Right Rev. The Lord Bishop of Ely
- 27 Sir Edward Schäfer
- 28 The Right Hon. Lord Moulton of Bank
- 29 Dr Parry
- 30 The Master of Downing
- 31 Professor T. McK. Hughes
- 32 Sir J. K. Fowler, K.C.V.O.
- 33 The Registrar
- 34 The Chairman of the Surveyors' Institution
- 35 The Master of Magdalene
- 36 Professor Sir Joseph Larmor, M.P.
- 37 Sir Francis Darwin
- 38 Professor A. Macalister
- 39 Mr Hicks
- 40 Mr A. W. Williams
- 41 Professor G. Sims Woodhead
- 42 Sir George Newman
- 43 Mr Rouse Ball
- 44 Mr G. W. Williams
- 45 The Master of Sidney Sussex
- 46 The Public Orator
- 47 Dr W. H. Gaskell
- 48 Professor Sir J. J. Thomson, O.M.
- 49 Mr Almeric Paget, M.P.
- 50 The Marquess of Hartington
- 51 Dr Langley
- 52 Dr J. S. Haldane
- 53 The Master of St John's
- 54 Mr A. C. Cole

	7	6	5	4	3	2	1	28	27	26	25	24	23	
8													22	
	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	
	42	41	40	39	38	37	36	35	34	33	32	31	30	
43													29	
	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	
	57				79				99				121	
58	78	80		98	100			120			122		141	
59	77	81		97	101			119			123		140	
60	76	82		96	102			118			124		139	
61	75	83		95	103			117			125		138	
62	74	84		94	104			116			126		137	
63	73	85		93	105			115			127		136	
64	72	86		92	106			114			128		135	
65	71	87		91	107			113			129		134	
66	70	88		90	108			112			130		133	
67	69				109			111			131			
	68			89				110					132	

- 82 Dr Alan Gray
- 83 The Junior Esquire Bedell
- 84 Professor R. C. Punnett
- 85 Mr Stuart
- 86 Professor W. Ridgeway
- 87 Mr Robertson
- 88 Mr A. P. Humphry, M.V.O.
- 89 Mr Capstick
- 90 Professor A. C. Seward
- 91 Mr Lamplough
- 92 Professor B. Hopkinson
- 93 Mr E. H. Parker
- 94 Mr A. C. Benson
- 95 Mr Lapsley
- 96 Mr David Davies
- 97 Professor C. S. Kenny
- 98 The Master of Jesus
- 99 Mr Herman
- 100 Professor E. S. Prior
- 101 Rev. J. H. Gray
- 102 Mr Harrison
- 103 Mr C. Finch Foster
- 104 Professor Eddington
- 105 Professor L. Oppenheim
- 106 Professor E. J. Rapson
- 107 Mr G. W. Walker
- 108 Mr G. I. Taylor
- 109 Dr C. S. Myers
- 110 Dr Barnes
- 111 Professor E. W. Hobson
- 112 Mr Murray
- 113 Professor G. H. F. Nuttall
- 114 Professor J. B. Bradbury
- 115 Mr Watson
- 116 Professor K. Breul
- 117 Professor J. S. Reid
- 118 Mr Laurence
- 119 Dr J. R. Tanner
- 120 The Master of Pembroke
- 121 Mr Whetham
- 122
- 123 Mr W. L. Mollison
- 124 Mr A. F. Yarrow
- 125 Mr Littlewood
- 126 Mr T. C. Lewis
- 127 The Senior Esquire Bedell
- 128 Professor W. J. Lewis
- 129 Professor W. R. Sorley
- 130 Professor F. C. Burkitt
- 131 Baron A. von Hügel
- 132 Mr Tatham
- 133 Mr W. Durnford
- 134 Dr Tennant
- 135 Professor W. E. Barnes
- 136 Mr How
- 137 Mr A. Bazire
- 138 Dr Hopkins
- 139 Mr R. Edwards
- 140 Dr Lucas
- 141 Dr A. D. Waller

SCREENS

- | | |
|---------------------------------|-------------------------------------|
| 55 The Master of Corpus Christi | 69 Professor J. G. Adami |
| 56 Colonel T. W. Harding | 70 Mr W. B. Hardy |
| 57 Mr Innes | 71 Mr Adrian |
| 58 Professor Noel Paton | 72 Professor W. D. Halliburton |
| 59 | 73 The Master of Gonville and Caius |
| 60 The Senior Proctor | 74 Professor Newall |
| 61 Professor R. H. Biffen | 75 Professor H. M. Gwatkin |
| 62 Mr Hill | 76 Professor W. W. Buckland |
| 63 Professor E. G. Browne | 77 |
| 64 Dr R. A. Nicholson | 78 The Master of Emmanuel |
| 65 Mr R. W. Cohen | 79 Dr McTaggart |
| 66 Mr E. H. Pooley | 80 The Master of St Catharine's |
| 67 The Junior Proctor | 81 Professor H. A. Giles |
| 68 Dr Fletcher | |